



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 81.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 80.

Greg. 5. c. 28.
Aimoin 3. c. 38

e al Goesida
adportatur.
sed cum nul-
latenus

f al. Euricia
& g n. Audega-
me.

VÆ cum magnis thesauris & apparatibus in Hispaniam est directa & ab auia Gerfinda benigniter recepta, quæ postea à Goesinda adficitur. Sed cum nullatenus auia iniquo consilio consensisset, in vna ciuitate cum viro habitandum constituitur. Protinus maritum prædicans, ad Christi cultum cōuertit, baptizatusq; Christianus effectus est, quē pater Leovvildus insequens & volens occidere, tandem eius insecutione filius interfectus est: per quem data est occasio post mortem Mirionis regis Gallicie filio eius f Eurico & genero nomine Audegande de regno certantibus, à Leopildo Suauie & omnes Gallicie potestatem Gothorum subiunguntur.

Caput 81.

Mortitur Chilpericus tres filios suos iam adultos ab infirmitate dysenterie vno anno perdidit, quos de Fredegunda habebat. Restiterat adhuc Clodoveus filius eius, quem postea instigante Fredegunde victum in custodiam retrusit, ibiq; factione Fredegunde cultro percussus obiit.

Caput 82.

g Aimoin 3.
cap 39. Auen-
nionem.

h al continuo
remouentur.

Post hæc Nummolus Patricius regno Gúthramni fuga dilabitur. Auencionem caltrum suæ defensionis expetijt. Legati Chilperici qui ad Tiberium Imperatorem accesserunt, ab eodem illo tempore h reuertuntur continuo.

Caput 83.

CHILdebertus relicta Guntramni pace, se cum Chilperico, vt regnum eius pariter auferrent, coniunxit; promittens Chilpericus dum sine filijs erat, vt Childebertum regni sui relinqueret hæredem. Sed more solito mendax apparuit. Lupus Dux Campanien sis